

prima nullam falso stare potest. Confirmatur exemplo. Sicut non ens non potest stare sub ente, neq; malum sub bonitate. Alia ratio eiusdem cœclusionis habetur ad primum, quæ ita formari potest. Omnis virtus, quæ perficit intellectum, excludit totaliter falso, sed fides est virtus quæ perficit intellectum, ergo nō potest inclinare ad falso, vel falso illi subesse. Maior probatur. Quia verum est bonum intellectus, ergo virtus intellectualis perficit intellectum ad bonum ipsius, quod est verum, virtus enim est dispositio perfecti ad optimū. Ex hac ratione colligit D. Tho. q̄ etiam spei, & charitati posset subesse falso, non sequitur, q̄ fidei posset subesse falso, eo quod uitritus perfcientes partem appetitivam non excludunt totaliter falso. Ceterū simpliciter negat, spei, aut charitati subesse falso.

Secunda cœclusio ad secundum sic colligatur. Obiectum quod fides credit, non semper est necessarium absolute loquendo, sed sufficit, vt habeat necessitatem infallibilitatis, quatenus cadit sub præscientia diuinæ, vt v. g. Deum incarnari quamvis absolute potuerit esse falso, tamen vt subest diuinæ præscientiæ, hēc necessitatē infallibilitatis.

Tertia conclusio, quæ etiam virtualiter colligitur ex solutione ad tertium. Credens aliquod obiectum fidei potest falli circa aliquam circumstantiam, quæ non pertinet ad ipsum obiectum fidei v. g. fidelis alius credebat, Christum nascitum, quando iam natus erat, sed tunc fides inclinabat solum ad substantiam natuitatis, non autem ad cir-

A cumstantiam temporis futuri.

Vltima conclusio ad quartum. Fides non refertur ad has species panis in singulari, ita vt in illis credat esse uerum corpus Christi, sed ad hoc refertur, quod uerum corpus Christi sit sub speciebus panis quādo ritè fuerit consecratum.

#### B C O M M E N T A R I U M.

**C** Aietanus tria aduertit in hoc articulo. Primum est aliud esse sub vero esse falso, & aliud sub vero esse cognitionē falsi. Primum ait esse impossibile, quia illic datur intelligi, quod vnum oppositi est propria causa sui oppositi. Secundum autem ait esse verum, quia datur intelligi, q̄ vnū oppositum est ratio cognoscendi alterum, & ita fide quæ assentimus vero, disserimus falso. Quia ex cognitione veri dijudicamus oppositum esse falso. Ceterum q̄ assentire veritati sit ratio assentiendi falso impossibile est, sicut etiam est impossibile, quod charitas amet aliquid malum.

Norat secundo ad primum, quod quia contingit, aliquem falso credere absq; culpa sua, quod aliquid pertineat ad materię virtutis moralis, quod re uera nō pertineret, inde prouenit, q̄ possit homo operari secundum virtutem iustitiae, vel temperantie cū illa falsa opinione circa materiam virtutis, quæ perficit appetitum. v. g. Iacob accedēs ad Lyam fallebatur alsimus esse Rachēlem, tamen ex virtute castitatis accessit.

Norat tertio circa solutionem ad quartum, q̄ quamvis fides nō respiciat has, vel illas species panis in singulari, tamen vt fideli exerceat absolute actum latræ adorando Christum in Sacramento, non impedit, quod fides infusa non feratur in singulari ad has species consecratas. Quis ratiō est, quæ potest desumī ex doctrina D. Tho. in solutione ad primum, quia virtus religionis cum persicata parte appetitivā, non excludit totaliter falso, sed poterit exercere suum actum absolute adorando Sacramentum, quando fuerit moralis quædam certitudo, q̄ in singulari est panis ritus consecratus. Vnde Cataea. vehementer reprehendit eos, qui huiusmodi conditiones mente, aut voce exprimunt, eo quod deuo-